



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. Quis sit effectus novi operis nuntiationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

lapilli ja&um, in eum locum, ubi opus sit, verbis simul inhibendo opus ulterius, vel Prætozem, aut judicem ad eundo, & petendo ab eo, ut opus inhibeat.

## §. II.

*Quis sit effectus novi operis nuntiationis.*

**P**rimarius effectus est, ut totum id destruatur iterum sumptibus ipsius ædificantis, quod post novi operis nuntiationem ædificatum est, sive iuste, sive iniuste ædificaverit, de quo postmodum examinata causâ patebit: prout etiam statutum est in cap. cum ex in-juncto 2. h. t. ita ut non sufficiat, si permittat tantum, quod ædificatum fuit, post novi operis nuntiationem, demoliri id debeat, & per exceptionem oppositam repelli possit prius, quam omnia in pristinum statum restituantur, etiam si probare veller de jure suo, ne cum perturbatione quietis publicæ rixarum detur occasio.

## §. III.

*Quibus casibus, ac modis cesset nuntiationis novi operis, ita ut vim & effectum non habeat?*

**P**rimò cessat, si nuntians remiserit, vel expressè, vel tacitè (morte scilicet

naturali, & re adhuc adhuc integri) colligitur ex cit. c. 2. h. t. Secundò cessat, si nuntians cautionem receperit à mittente, quòd demoliri velit opus, si constiterit nullum illi jus competere, vel perturbationem non stet (saltem per tres menses) oblatæ talis satisfactionis (quo mense) det, quia competentem satisfactionem obtulit, quæ tamen acceptata non sit ad quam acceptandam non tenetur nuntians, si intra tres menses probare velit, quòd jure prohibeat, prout habetur in significantiibus 3. h. t. & cap. litem litem. Tertio cessat, si nuntians non iurat coram iudice de calumnia, si tamen h. cui nuntiatio facta est, exp. periculum tale. Quarto cessat, si periculum in mora, ita ut d. latio ædificandi grave damnum probabiliter allatum videatur, quia ut dicitur, L. de populo 1. 3. p. terea f. h. t. multò melius est contrariè operis nuntiationem, quam inchoatum operis necessariè urgentem extirpationem: intelligendo hoc, si periculum toti v. g. communitati ex interitu vel ædificio imminet, ut adverte G. l. V. periculum. Quintò cessat, si Prætor revocavit nuntiationem revocandam. Et sextò denique cessat, si nullum sit, quod iniuste novum opus prohibeat nuntians.

